

a

1157

a canonicis Blomüensis ecclesie et omni clero et populo honorifice  
 susceptus et in cathedra sua locatus supercilia phariseorum<sup>4</sup>  
 contempnens episcopatus sui gubernacula feliciter regere cepit.<sup>1</sup>

ad curiam P 1158

Eodem anno Vladislavus, dux Boemie, Radisponam ad  
 curiam imperatoris marchionibus et aliis principibus indictam  
 cum suis venit principibus, ubi, quod clanculo agebatur,<sup>3</sup> in  
 publicum producit.<sup>2</sup> Nam dominus imperator predictum ducem  
 ob fidele eius servitium coram omnibus suis principibus III Idus

Jan. 11 Januarii regis ornas diademate et de duce regem faciens tanto

'santi P inbragge P

exornat decore. Pro tanta sui ducis exaltatione omnes principes

'e inbragge P

et proceres letantur Boemie, canonici et solus clericalis ordo cum

'leor. sub maxima P

suo presule (Aniele) maximo tripudiant gaudio omni populo

'of. Hamart. Geneth.

applaudente tanto decori. Rex itaque Vladislavus tantis se de-

10 in fin.

coratum videns honoribus, quomodo tantis eius respondeat

honoribus, in propria persona cum suis principibus et

forti militia ad obsidendum Mediolanum, regalem Lombardie

civitatem antiquissimam, situ loci munitissimam et mira-

bili militia fortissimam, se iterum et contra eos, qui colla-

tura eius imperio subdere volunt, armis suis se pugnaturum

promittit. Tanto audito adiutorio imperialis militia plu-

rimum exultat et ad suos hostes devincendos diversi

pugne modi iam in eorum cordibus preparantur. Regi

3) q. April. apol. 45 : praesertim quod nihil ego clanculo sed omnia  
 in propatulo ago.

1) Timonsfeld 561 f.

2) Timonsfeld 600 ff.; inbr. die künigs rufung und von Götter  
reg. Törschal, Köfmann Oudril von den küniglichen künig frindig I.  
in Italien I, 1. Götter, T. 105 ff; Oudrigt vord für die die Oudrig.  
von 18. Jan. 1158 (Court. I, T. 236, 170).

4) Supercilium Phariseorum : Hilton. Migne 23, 564.